

H. *Art. 38. Pruv. C.*
1719/3^a 16
DISSERTATIO IVRIS PVBLICI

DE

STATV NOBILITATIS
GERMANICAE

QVAM

PRAESIDE

IO. WILHELMO GOEBEL

I. V. D. EIVSDEMQUE IN ACADEMIA IVLIA P. P. O.

PVBLICAE ERVDITORVM

DISQVISIONI SVMMITTET

A. ET R.

ANT. HENR. ALERTEN

HILDESIENSIS

AD DIEM FEBR. MDCCXIX.



HELMSTADII,

TYPIS HERMANNI DANIELIS HAMMII, ACAD. TYPOGR.



DISSERTATIO IVRIS PVBLCI
DE
STATV NOBILITATIS
GERMANICAE


AVAM
PRAESIDE
IO. WILHELMO GOEBEL

IVRIS PVBLCI IN ACADEMIA
PVBLCAE ERVDITORVM
PRAELECTIONI STIMULATA

AVT HENR. ALBERTI
HILDESHEIMENSIS
AD DIEM FEBR. MDCCXIX



HILDESHEIM
PUB. LIBR. DANIELIS HANKE M. D. C. C. X. IX.





§. I.

Qualitatem, quae hominibus quibusdam prae aliis, ratione dignitatis et iurium nonnullorum, praerogatiuam eminentiorem conciliat, Nobilitatem ^{a)} vocant. Durasse illam et apud Maiores ^{b)} nostros, extra dubitationis est aleam.

a) Mihi hic de Nobilitate nec in sensu Grammatico, nec in sensu mere Ethico sermonem esse, ex praemissa definitione facile constabit. Quamuis enim virtuti semper sua laus, et in ipso statu naturali rectae rationis dictamina, ut par est, in actum ducenti haud dubie exillimatio fuisset; Imo socialitatis officia, in gradu eminentiore, adhibenti fortassis emolumentum vicissim aliquod competiisset: Nulla tamen inde virtuti sibi relictae nec in statu naturali, nec in statu civili dignitatis et iurium eminentior praerogatiua. Etenim status naturalis nullam agnoscit praerogatiuam cum effectu. Praelectio enim requirit subordinationem, subordinatio autem non est sine lege, siue voluntate Superioris, voluntas Superioris non est sine ciuitate, per quam imperium et obsequium proprie dictum existere coepit. Nec in statu civili expediuisset, ex sola virtute Nobilitatem priuatorum arbitrio aestimare. Nam vnusquisque ad impetrandam Nobilitatem suam adduxisset virtutem, quae virtus huic ad eminentiorem hanc dignitatem

tatem sufficere visa, ab altero ex persuasione aut invidia defectu laborare putaretur; Vnde lites, quae vitam civium redderent infelicem, et mortem accelerarent.

- b) Tacitus de moribus Germanorum c. 7. *Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus diuersis constitit. Sunt inter illos Edelingi, sunt Frilingi, sunt et qui illorum lingua Lazi dicuntur.* Nidhardus lib. 4. Idem auctor vitae Lebuini, et Adamus Bremensis, quarti etiam ordinis; libertorum scilicet quos Nidhardus sub Lazi complexus est, quod non multum supra seruitutem essent, mentionem iniiciens. Confer quoque Cluuerii Germ. antiq. Lib. 1. c. 15. et Hachenbergi Germ. mediam c. 2.

§. II.

Variae ab eruditis Nobilitatis formantur diuisiones. ^{a)} Nobis autem in praesentiarum nullae earum curae erunt, quam quibus in superiore et inferiore, ^{b)} immediatam et mediatam dispefcitur.

- a) La Roque in praefatione libri de Nobilitate Gallice conscripti, ubi viginti Nobilium constituit species, quamplurimas aliorum Nobilitatis affert diuisiones.
- b) Pregitzer aduersus Schilteri diatriben, de praerogatiua Comitum, antiquitatem huius diuisionis in dubium vocat, nec ex septem clypeis militaribus illi firmamentum aliquod enasci, quoniam circa illorum veritatem nondum omne sublatum sit dubium, et esse, si quid ex vero fortassis haberet, recentioris multo post aeuum Carolinum temporis inuentum. Hac thesi haud dubie nihil aliud euincere laborat, quam antiquioribus temporibus immediatam Nobilitatem, cum superioris ordinis Nobilibus, vnum plane constituisse corpus, nec Ducibus aut Comitibus subfuisse, quam sententiam et alii Nobilitatis immediatae Patroni, vt Reinhardus von Gemmingen, Knipschilt, quem etiam sub nomine Hypoliti von Treisbach aliqui latitare dicunt, Casper Lerch, Burgemeister, mentur. Verum enim vero antiquissimis iam tum temporibus penes Germanos Nobilitatis fuisse gradus notum est. Non quod aequae cum Schiltero affirmauerim, per plebeios istos, ex quibus Principum comites vetustissimis Maiorum nostrorum temporibus eligebantur, Nobiles inferioris gradus intelligi debere: Sed
quia

NOBILITATIS GERMANICAE. 5

III. *Quia Reges ex Nobilitate, Duces ex virtute sumebantur*; tota
 autem vis Nobilitatis istius temporis consistebat in qualitate
 operatua, cui itaque nobiliores erant in bello res gestae, aut
 in iudiciis et consultationibus rem patriae concernenti-
 bus eminentior praesentia, inter Nobiles maxime eminebat,
 sicut a populo excellentioris gradus habebatur. Hoc et ex c. 11.
 Tacit. de moribus Germ. patet, ubi legitur: *Max Rex vel*
Princeps prout aetas cuique, prout Nobilitas, prout do-
ctus bellorum, prout facundia est, audiuntur. Huc spectant
 verba eiusdem auctoris l. c. cap. 3. *Insignis Nobilitas aut*
magna patrum merita Principis dignationem etiam adolescen-
tulis assignant. Postmodum vero Nobilitas frequentius in
 haereditatem transire coepit, et Franci ante Carolingos non
 facile a stirpe discedebant eorum, qui magna in Republica
 obierant munia; unde eminentior Nobilitas. Sunt qui pu-
 tant, veteres Francos per ingenuos, quos Saxones Frilingos
 vocabant, minorem Nobilitatem intellexisse, atque huius for-
 tis Nobiles, qui nullis Reipublicae praeerant officiis, unde ali-
 quid lucrari potuissent, nonnunquam coactos fuisse, in maio-
 ris classis Nobilitate concedere obsequium. Non enim ex his-
 toria tunc temporis tanta redigebatur merces. Et obtinuit
 postea, ut scriptoribus mediæ aevi non infrequens fuerit, No-
 biles prioris classis diuites vocare, inferioris vero medioeres
 vel pauperes. Hispani, Visigothos fortassis imitantes, prac-
 cipuae Nobilitatis viros Ricos Hombres vocant. Leges Al-
 phoninae Part. 4. tit. 25. leg. 10. Salazar de Mendoza de
 dignitatibus lib. 3. c. 15. Alfons. Carillas fol. 14. et 15. de di-
 gnit. Grand. Castiliae. Relation du voyage d'Espagne tom. 2.
 let. 5. p. 27. sqq. Chartae Andreae Episcopi Traiecti anni 1134.
 apud Miraeum in diplomatis Belgicis Lib. 1. c. 52. subscri-
 bunt Folwedus de Berma vir liber et diues, ut et ex liberis
 hominibus Arnoldus iuuenis de Cleue, Gerungus de Asper et
 Guilielmus filius Comitis Guilielmi, vid. Leges Eduardi Con-
 fessoris c. 29. annales Henrici Rebdorfiensis ad annum 1347.
 Paulum Warnefridi in Histor. Longobard. Lib. 7. c. 10. et
 plura apud Cangium et Lindenbrogium. Caroli M. eiusque
 posterorum tempore maiorem Nobilitatem sub Potentiorum,
 et minorem sub minus Potentium nomine esse comprehen-
 sam, non absque ratione asseritur, vid. capitulare Caroli M.
 anni 812. apud Baluzium tom. 1. p. 408. et rescriptum
 consultationis seu exhortationis Episcoporum ad Dominum
 Ludouicum Imperatorem apud eundem tom. 2. p. 351. Ape-
 te

te itaque falsum, quod habet Pregitzer p. 7. Ludovici III. primum tempore gradus Nobilitatis exortos esse. Largior quidem distinctionem in septem classes, quae septem clypeis militaribus repraesentabantur, paulo posterioris esse temporis. Interim non solum in iure feudali Saxonico et Alemannico, opinante Conringio post seculum duodecesimum compilato, c. 1. de hisce, vt rebus non tum demum exortis, sermo est. Sed et iam ante Friderici I. tempora id obtinuisse ex Chronico Laurishamensi constat, Schilter ad cap. 1. Iur. Feud. Alemannici p. 20. et seqq. in iure publico lib. 1. tit. 5. §. 3. et diatribae de praerogatiua Comitum §. 9. vid. etiam 2. feud. 10. Sequiori deinde tempore intermissa Nobilitatis distinctione per clypeos, illa diuisa fuit in superiorem et inferiorem, vid. Grauamina Nationis Germ. ann. 1522. in Comitibus Noricis oblata §. 25.

§. III.

Ad maioris nobilitatis ^{a)} classem communiter referunt Reges, ^{b)} Duces, ^{c)} Principes, Comites, Barones, ^{d)} non autem immediatos Nobiles: ^{e)} Minorem vero Equites Auratos, ^{f)} Armigeros, ^{g)} seu Scutiferos et Generosos, ^{h)} complecti, Miraeus de ordinibus equestribus docet.

- a) De maioris Nobilitatis gradibus conf. Becman. not. dignitat. Mathaeus de Nobilit. Linnæus aliique I. P. Doctores.
- b) Reges olim Nobilissimi dicebantur. Mabillon tom. 2. annal. Benedictinorum, imo et ex Francis priores Reges saltem illustres vid. quam plurima Diplomata hunc titulum referentia, apud Doublet, Mabillon, Miraeum, Du Chene, tom. 4. in epist. Regum Francorum, Chifflet de annis Dagoberti c. 6.
- c) Otto puer non solum in chronico Luneburgico apud Leibnizium tom. 3. Scriptorum Brunsvicensium p. 175. sed et in charta Regis Angliae apud Lambecium Lib. 2. rerum Hamburg. n. 583. Nobilis vocatur. conf. quoque Eiben de titulo Nobil. p. 817. seqq. opp.
- d) De vario Baronis significatu in legibus veteribus confer. Lindenbra.

denbrogii Glossarium in voce Barus p. 1163. Plerumque autem Procere Regnorum, qui in partem curarum veniebant, Barones vocabantur, Caroli calvi capitulare 6. et 15. Fredegarus in chronico c. 41. et 44. Chron. Guilielmi de Nangis apud D'Acherium in spicilegio tom. II. in p. 497. Vbi et Henricus Leo iudicio Baronum in perpetuum a Ducatu Saxoniae deiectus dicitur. Primates Regni magnae Britanniae, ut Barones votum et sessionem in curia Parlamenti superiori habent, et illi quibus Rex talem facultatem confert, Barones Parlamenti et Regni creantur, vid. Diploma quo Gregorius Cromwel anno 1540, Baro constituitur, apud Rimerum tom. 14. act. Public. regni Anglicani p. 708. conf. quoque Selden tituli honorum part. 2. c. 5. p. 449, et Du Chene Histoire de la Maison de Montmorenci c. 4. et 5. Illiqui non nisi a Reipublicae Capite beneficia habebant, mittel frey, qui vero saltem allodia possidebant semper frey dicti videntur. Notis temporibus inter illustres, Comitibus gradu inferiores, reputantur.

e) Nescio quo iure Nobiles immediati, (de quo in sequenti §. plura dicentur) se primae et illustrium classis annumerare conentur; cum tamen cum Landsassis, sub vno eodemque clypeo militari fuerint, atque aequae ac hi in veteris aevi monumentis, satente ipso etiam Casparo Lerchio; ministeriales dicantur. Schilt. diatribe §. 12. Nec tam vetustae sunt eorum immediatatis origines, ut aliqui opinantur. Enim vero quae de perpetua trium istarum provinciarum, in qua immediati Nobiles commorantur, exemptione ab imperio Ducum vel Comitum Germanici Imperii narratur, veritati Historicae repugnat. Illae enim aequae ac aliae plerumque per Duces et Comites rectae sunt, a quorum dominio vniuersalem immunitatem, ante sec. 13. Nobilitas immediata vix docere poterit. Nec iuvat eos assertum, Nuncios et Praefectos Regiae camerae, qui hisce provinciis praecerant, abusive Duces et Comites esse vocatos. Nam ex annalibus illorum temporum abunde patet, Franconiae Sueviae et Palatinatus ad Rhenum Moderatores eadem auctoritate suis provinciis praefuisse, ac aliorum territoriorum Rectores. Quod autem iis aliquando Nuncii vel Praefecti regiae Camerae nomen impertitum, exinde provenit, quod illis, praeter regimen territoriale, et cura eorum redituum, quos Rex in illis terris praecipuos habebat, commissa esset, qui alias plerumque Missi Regis et postea Palatinis curandi dabantur. Porro nullus est

teno-

minoris, quod proferunt, potissimum Comitibus prae se nihil
 posse competere praerogativae, quoniam motus Comitum non
 tantam dignitas, quam officium fuerit. Nam omnino ex officio,
 sicut vocant, tali, cui longe maior potestas, quam vulgus sibi
 non persuasum habet, adhaerebat, maior provinciarum Rectori-
 bus dignitas, quam illis, ex quibus aliquando summi erant.
 Officia enim eiusmodi nonas parvitas quantitates morales, et
 faciunt, ut inter personas, quae antea aequales erant, ratione
 maioris et minoris in genere morum sit differentia quaedam.
 Omnis dignitas extrinseca ex aestimatione hominum pro-
 ficiscitur, vid. Lubomirski discursu 3. inter Artaxem et Evan-
 indrum; Aestimatio autem est vel sine effectu, propter solum
 virtutem, vel cum effectu, si Princeps alicui officium aut ho-
 noris gradum confert, ut cuius ipsi proximior redditur, quam
 qui antea eius erant aequales.

Inter Equites et Nobiles differentiam esse tralatitium est. No-
 biles enim etiam nascuntur, Equites semper fiunt. Interim
 illi qui antiquitate generis, licet nec Torquati nec Cruciani,
 nec Aurati sint, in communi vita Equites appellari solent; In-
 ter digitando, Maiores eorum belli gloria hanc dignitatem na-
 tos esse. Equites autem Auratos obinde a Miraeo ad classem
 Nobilium inferioris ordinis referri puto, quia per creationem
 illam a conditione plerumque vulgari in Militarium ordinem
 transferuntur, eorumque dignitatem et privilegia consequun-
 tur, ac re ipsa nihil aliud quam Nobiles evadunt. Selden
 tit. Honor. part. 2. c. 1. p. 168.

Erant illi, qui facultatem, in satellitio Equitum arma gestan-
 di, habebant: Sed nondum creati Equites, atque sic nihil fu-
 pra communem Nobilium sortem referebant. Selden l. c.
 p. 129. Vocantur etiam Domicelli et Junct. Herrn siue iunio-
 res. Interim concedo vocabulum illud Armiger ad Nobiles
 maiores et minores indifferens fuisse, et omnes illos nonnun-
 quam denotasse, qui nondum per accincturam gladii, et co-
 mmissuram Equites facti erant. Wilhelmus Hollandiae Comes
 adversus Conradum Friderici filium electus Imperator, ante
 quam Eques crearetur, quod factum paulo ante, quam diadema
 Regium sumeret, Goldastus tom. 3. const. Imper. Armiger
 dictus est, Seldenus l. c. p. 183. seu Domicellus et Junker Van
 Holland Buschel ad Bekam p. 71. Hanc ob rationem fortas-
 sis factum, quod varii Ducum Brunsvicensium se Junct. Herrn
 vocaverint. Mauritijs dissert. de Nobil. Germ. §. 6. scilicet
 quod nondum in Equites vulpauerant.

h) Sub

h) Sub hisce omnes haud dubie comprehenduntur, qui aut natiuitate aut voluntate Superioris Nobilitatem habent inferiorem. Non autem Patricios ciuitatum Geschlechter huc referri posse, Draco de origine et iure Patriciorum lib. 3. p. 195. sqq. cum multis aliis asserit. Non equidem mihi persuasum habeo, magnum argumentum contra eos, ex lege Torneamenti, quae tales Nobiles virbanos, nisi a Caesare cingulo militari essent donati, ab Equestribus velitationibus excludebat, desumi posse. Nam fortassis in istis legibus plus non est veri, quam in toto libello comicali Rixneri, cuius falsitatem agnouit Goldastus, detexit Hundius in praef. des Beyerscheit Stamm Buchs, Sagittarius in antiquitat. Thuringiae manuscriptis; quibus adde auctorem apologiae pro iure braxandi Nobilitatis Saxo Lauenburgicae, qui tamen aliquid humani patitur, quod statuat, Reginonem Henrici Aucupis res gestas enarrasse, cum tamen eius chronicon in anno 907. desinat, et aliud sit, qui illud continuauit vsque ad annum 967. Deinde Hroswita proprie non nisi res gestas Ottonis I. descripsit, et Adamus Bremensis cum Hermanno Contracto non seculo 10. sed 11. vixit. Ceterum non procul a vero est, Henricum Aucupem ne quidem in Germania torneamentorum esse institutorem, cum anno 1038, quo primus in Germania ludus equestris celebratus dicitur, iam tum supremum diem obiisset. Imo Magdeburgum, vbi primo hastiludio dimicatum esse vulgo memoratur, adhuc Ottonis I. tempore pagus fuit, aut oppidulum. Neque in scriptoribus vitae eius speciosae illius pompae vllum vestigium, neque Widechindi locus, quem hunc in finem adducere solent, illud probat, vide Brunneri annales Boicos Part. 2. lib. 7. p. 426. Quicumque demum horum ludorum in Germania sit auctor, origines tamen eorum primas rectius ad Franco Gallos referri, sunt qui putant, vid. Du Cange in Glossario sub vocabulo Torneamentum, et in obseruat. ad histor. Constantinop. Ville Harduini p. 249. Ludi isti demum, suadente Papa, per Christianorum orbem sunt abrogati, et in Anglia variae reperiuntur constitutiones Regiae idem inculcantes, vid. Rymeri acta publica tom. 3. p. 6. 63. 76. 133. 135. 250. Sed redeam oportet, vnde discessi. In recenti est memoria Erbmannos, qui urbem Monasterium inhabitant, ibique Magistratibus funguntur, 150. annis contra Episcopum et Ordinem Equestrem Monasteriensis Dioeceseos, se ad Generosorum classem spectare, contendisse. Et felici sane tandem euentu. Non solum enim in iudicio

B

Came-

Camerae ordinario, sed et reuiforio, ubi vota erant paria, vivere; atque Imperator postea Episcopum monuit, ut absque ulteriori tergiversatione sententiae morem gereret. Num autem post apprehensum reuiforium, restitutum in integrum adhuc locum habere queat, et an illa in Camera Imperii, ut uult Banderus, aut in Comitibus quaerenda sit, in controuersiam uenit. Certum est multa militare pro Episcopo et Equestri Ordine, Erbmannorumque argumentis non pauca opponi posse, in Erbmannorum ciuitatis Monasteriensis praetensa Nobilitate Equestri prostrigata erudite deductum est. De hac controuersia conferatur Fabri *Staats-Conseley* part. II. 12. 13. 16.

§. IV.

Nobilitas immediata in Franconia, Sueuia, et ad Rhenum in terris non conclusis habitans, nulli nisi Imperatori et Imperio parens, egregia sane habet iura, quae autem superioritatem territorialem non exhaurire, sunt qui putant; quoniam in Instrumento pacis et Imperatorum Capitulationibus Nobilitas immediata Statibus contradistinguitur, ^{a)} superioritas uero territorialis fit attributum Status Imperii. Quicquid demum sit, certum est, immediatorum Nobilium iura non procul a superioritate territoriali abesse. ^{b)}

a) Atque sic in vanum laborare eos, qui immediatos illos, et hodie adhuc in numero Statuum esse, euincere conantur; cum illis et natura Status, quae requirit votum et sessionem in Comitibus, et allegata iura Imperii refragentur. Nec priuilegium ostentare possunt, aut actum aliquem, ex quo pateat, ipsos tacite pro Imperii Statibus esse habitos: Sed ius suffragii sui dereliquisse uidentur; non autem sex uel septem secula, sed potius tunc temporis, cum expeditiones Romanae, propter subsidia contra Turcas, in pecuniam commutari coeperint.

rint. vid. Pregizer aduersus Schilteri diatriben de praerogativa Comitum p. 19. Vitriarii I. P. lib. IV. tit. 1. et Schilter. l. 1. tit. 22. §. 5. Neque a veritate alienum puto, ob rationem a Vitriario l. c. §. adductam, illos aliquando Comitibus, et vt hodie sunt, adfuisse. Neque me ratio Viri cuiusdam illustri, Nobiles immediatos obinde nunquam ad Imperii deliberationes vocatos esse, quia non propter officia Regni sed ministerium constituti sunt, in contrarium pertrahit. Nam ciuitates Imperii iure Suffragii in Comitibus gaudent, et tamen non apparet, illas vnquam certis in imperio officiis functas esse. Itaque, dignitatem Status etiam absque officio subsistere posse, liquet. Et ministeria, quae praecipue expeditiones bellicas respexere, requirebant, vt publicis adessent deliberationibus, et vna cum aliis in medium confulerent, quid ad Reipublicae salutem aut conseruandam, aut recuperandam conduceret. Oportebat enim, vt ipsi comparerent, postquam absque Duce esse coeperunt, qui alias Nobilitatis suae in Imperii deliberationibus et electionibus vices gerebat. Sic in Wittechindo Corbeiensis et Ditmaro Merseburgensi vestigia quaedam supersunt, Ducem antequam ad electionem Imperatoris pergeret, cum Nobilitate sua de eligendo Caesare deliberasse. Placet, maioris confirmationis ergo, ex literis Electoris Moguntini ad Imperatorem, de restituendis Ordinibus Imperii numero Nobilibus immediatis, anno 1687. exaratis, sequentia addere. - Wenn nicht zugleich auch ihm dem Reichs Adel sein so theuer erworbenen, und von so vielen Seculis wohl hergebrachter Status immediatus durch das gesuchte, in vorigen Zeiten bekantlich gehabte ius sessionis et voti bey Reichs- und Creiß-Tagen gleichsam postliminio wieder eingereumet und bestatigt worden. Denique inficiari nequeo, Ganerbios Friedbergenses et hodie adhuc fortassis non male Ordinibus Imperii accenseri, cum ad Comitibus hodiernum durantia ab Imperatore solenniter sint vocati. Atque ideo ad illos similesque §. 32. R. I. de anno 1564. spectare puto.

- b) Licet quaedam operationes potestatis ciuilibis, quae ad Regalia Fiscalina siue minora spectant, ipsis non competant. vid. documenta rediuita Monasteriorum Sueviae, Cocceii I. P. c. 25. §. 10. Sic bannum sanguinis non ante annum 1609. habuere, vbi illud ipsis a Rudolpho II. collatum est. Antea enim in omnibus suis terris, exceptis iis, quae in Marchionatu Burgauiae, Landgrafiatu Nellenburgico, Comitatu Hoenburgico litae erant, iurisdictionem quidem criminalem habebant: Aff

non executionem. Mortis enim reos malis Imperatoriis criminalibus siue Gaugrafiis adducere tenebantur, ut ibi eorum sumptibus capite punirentur. Vnde constat olim differentiam inter iurisdictionem altam, ut vocant, et bannum sanguinis fuisse. Miror itaque auctorem historicae narrationis de statu Nobilitatis Hollaticae § 7. opinari, Nobilitatis immediatae praerogativam non nisi in immedietate, et quibusdam inde profluentibus commodis (Bequehmlichkeiten) consistere. Si saltem vulgares I. P. inspexisset Doctores, haud dubie aliam amplexus esset sententiam. Interim quanta etiam sint eorum iura in districtibus suis, illos tamen ab oneribus realibus, Landfassis incumbentibus, et vinculo obsequii, si bona habent in Statuum Imperii territorii, liberare non possunt. I. P. art. V. §. 28. Sic in territorio Wurtebergenfi Ducis superioritatem territorialem agnoscent, vid. Ordin. Equest. de anno 1564. et diploma Ferdinandi III. de anno 1654. Nam non infrequens est, aliquem plures sustinere personas morales, et secundum singulas peculiariter habere attributa. Denique praesumptio est, bona, quae sunt in territorio, esse etiam de territorio; Itaque exemptionem allegans eam probare debet. Etenim qui tutela territoriali frui cupit, suaeque salua habere, illam et onera, vinculo, quo Superiori est obnoxius, convenienter, ferre oportet. De iustitia huius rei persuasi Imperator et Imperium, etiam in ultima Capiulatione art. 22. pacti sunt. So soll auch dies ein oder andern unter Churfürsten, Fürsten, und Ständen des Reichs ge- sessenen und begüterten dergleichen höhern Stands Erbhörungen den iuri territoriali nicht nachtheilig seyn, und die ihm zuhörige, und in solchen Landen gelegene Güter einen als den andern weg unter voriger Lands Fürstlicher Jurisdiction verbleibet. Nec video quomodo hac ratione Immediati in territorio Status Imperii bona habentes, (nisi pacto aliter statutum,) homagium ipsi praestandum detrectare possint, vid. Mylerus de Princip. et Statib. Imperii c. 33. p. 390. edition. in duodecim. Imo Comites Imperii Mansfeldensis, Stolbergenfis, Barbiensis, Gleichensis, Hohensteinefis, Waldeccensis, qui bona in territorio Saxonico habent, in personalibus quoque coram iudicio summo aplice Ienensi conveniri possunt. Quid in causa Schwartzburgensium haecenus actum sit, ex deductionibus tam illorum, quam Ducis Vinaricenis addisci potest. Olim Schwartzburgenses a Saxonibus pro nudis Landfassis habitos fuisse, in causa executionis Saxonicae contra

tra Comitem Waldeccensem anno 1665. in Camera Spirensi deductum est. Atque in quamplurimis Germaniae territoriis, ex sito bonorum ita obsequium propullulat, ut etiam si illa alteri fiduciario nexu teneantur, nihilominus plene sint et maneant sub Superioritate eius, in cuius sunt territorio. Unde Comitatus Gleichenis vinculo Vasallatico Moguntino obnoxius, ut et praedium Equestre Sebach, Leustet, Heppenrode feuda Stolbergenia Domui Saxonicae sequelas, seruitia equestria et tributa (Steuern) ut alii Landsassii praestare debent. vid. *Chur-Sächsisches Contra memorial in Causa Gleichen contra Hatzfelde* p. 29.

§. IV.

Nobilium mediatorum, in terris clausis habitantium, siue Landsassiorum non leuis olim in rebus regundis fuit auctoritas; ita, ut in quamplurimis Germaniae territoriis, ^{a)} praepremis in Holsatia, ^{b)} Meclenburgo, ^{c)} Frisia orientali, ^{d)} plus quam votum consultatiuum habuisse videantur.

- e) Magna olim Statuum provincialium erat potestas. Principibus nullum ius, pro arbitrio subditos suos collectandi, qui libero gaudebant mallo, quod olim sub dio in Ducatu Guelferbytano in pago Saltzdahlen, in Ducatu Cellensi in sylva quadam praefecturae *Boden Reich* est habitum. Deinde Principibus tandem facultas collectandi data, et omnium diligentissimus in illa noua praesi Cardinalis Albertus fuit. Alia quoque superioritatis territorialis iura in Diacis provincialibus sub deliberationem vocabantur e. g. dotationes filiarum illustrium. Diffiteri autem non possum, Diaciarum et Statuum provincialium auctoritatem hodie valde esse imminutam, et Capitulationis quoque Caroli VI. articul. 15. ipsis non aequae fauere.
- b) Ordines Slesuici et Holsatiae, antequam Rectoribus suis rempublicam moderandam traderent, iura sua, pacto cum illis inito, contra absolutam potestatem in tuto collocare annuebantur. Ut alios sciam, cum Christianus ex Oldenburgica

gentē primus Danorum Rex Ducatus Sleswic. et Comitatus
 Holsatiae regimen susciperet, iura Procerum istarum terra-
 rum nouo diplomate, Ripenae 1460. dato, corroborauit, quo-
 rum numero erat: *Ordinibus liberum esse, Christiano satis
 sancto, ex illius filiis aut agnatis sibi pro libitu caput consti-
 tuere; Slesuici et Holsatiae subditorum priuilegia salua esse
 debere, nullae utriusque prouincia Moderatorem indicere posse
 tributa, nec Duci facere, bellum instruere, nisi Proceribus sus-
 fragantibus* etc. quae deinde a nouis subinde Ducibus sunt
 confirmata. conf. Wohlgegründete Beschauptunge der Schleswig
 Holstein Gottorpischen Berechtshamen und Schrifften p. 5. et
 librum de hodierno Holsaticae Nobilitatis statu §. 29. et 31.
 Nec video quid in hisce conditionibus sit iniqui. Quam-
 plurimis enim Germaniae populis solemne quidem fuit, Prin-
 cipes a stirpe arcefcere. Interim non raro sibi ius reserua-
 bant, ex Ducali familia meliorem cooptare. Neque per
 illam electionem dedecoris aliquid in Imperium Germani-
 cum aut Regnum Danicum redundauit, quoniam et a Capitu-
 lis electi Archi et Praefules ad Imperii Procerum collegia
 admittuntur. Imperio valde est indifferens, quocunq; de-
 mum modo sua habeat membra, siue electione, siue succe-
 sione, modo ipsis, ad salutem Germaniae procurandam, cum
 aliis socias iungendi vires, animus sit. Penez Ordines Hol-
 satiae erat, in quam legem Christianum adfciscere uellent.
 Illi enim ex patre, post Adolphi auunculi mortem, nullum
 ad Prouincias illas ius; praesertim cum adhuc Adolphus X.
 Comes Schaumburgicus, defuncti Sleswici et Holsatiae Do-
 mini in sexto gradu agnatus, superstes esset. Hamelmanni
 chronic. Oldenb. part. 3. c. 2. p. 201. Nullo itaque iure
 Christianus IV, libertatem quam sibi ordines, Christiano I.
 regimen deferentes, reseruauerant, infringere potuit. Illi
 namque nullum nouum ius, sed tantum habebat potestatis,
 quantum Christiano I. ab Ordinibus collatum erat. Enim
 uero omne imperium est ex consensu, cum natura aequales
 finus, et nemo plus in alium transmittere potest, quam ille
 habet. Homines in ciuilem societatem coeuntes, aut illam
 renouantes, sunt liberi, et in eorum tunc est arbitrio, quan-
 tum, in fauorem Recloris sui, de libertate decedere uelint.
 Nescio sic, quo iure saepe dictus auctor de statu Nobilitatis
 Holsaticae Ordinum prouincialium iura ista inuodica uoca-
 re queat; cum in conseruandis libertatibus suis, reuersalibus-
 que obinde a futuro Principe suntis, iure suo ufi sint. Nam

in illas Principi nulla est collata facultas, et penes ipsum erat an sub eiusmodi legibus regimen accipere vellet, nec ne. Minus recte autem immodicum vocatur illud, in quo quis iure suo utitur, licet alterius rationibus non conducatur. Suspicio auctorem illum, omne id, quod herilis Regni Principis aduerfatur, immodicum appellare. Pessimi sunt mortaliū, qui impia fouent themata, fatius esse mancipiis, quam hominibus imperare, et ad id obtinendum, ius etiam violari posse. Rectius libri citati compiler fecisset, si opinionem suam, Christiani IV. prudentiae merito attribuendum, quod Ordinum iura immunita sint, artesque circa ius primogeniturae adhibitas, inter arcana domus curatius recondidisset.

- c) Ordinis Equestris in Ducatu Meclenburgico insignia quoque sunt iura quae hodie admodum attrita iacent. Motibus graniter adhuc illam regionem prementibus, praeter alias causas, sumtus in legationes faciendi, quorum causa a Statibus territorialibus et subditis tributa exigi posse, Princeps contendeat, ansam praebuere. Diuersis vicibus in Comitibus haec materia est ventilata. Anno 1664. d. 17. August. a Duce Meclenburgico Schwerinensi ad comitia afferebatur, eiusdem mensis d. 23. sub deliberationem vocabatur, et d. 24. conclusum, ob eiusmodi impensas territorium collectari posse. Anno 1667. d. 4. Ianuar. res sub nouum vocata examen, et praecedenti concluso Brandenburgicus et Cellenfis Legati aliquam adiiciendam esse clausulam putabant, quae tamen omissa est. Anno 1669. d. 13. Ian. denuo conclusum formatum, Principibus licere Statibus suis mediatis et subditis, ob sumtus, in Conuentus Imperii, deputationum et circulares, impendendos, tributa imponere. Anno 1670. d. 6. Mai. materia haec collectarum iterum tractata est, et Imperator Ordinum Imperii Legatos certiores fieri curauit, sententiam suam hac de re breui explicaturum, an factum sit, ne fugit. Caeterum Status prouinciales Meclenburgici, se nec ad ista, nec ad alia onera, propter transactionem de anno 1664. et 1666. teneri affirmabant. Nec iuribus suis per conclusum circulare Vizensē detrimentum inferri posse, cum et propter reuerfales de anno 1621. ingenti pecuniae vi redemptas ab ordinariis oneribus se liberassent. Nullam autem hic nouam esse causam, ob quam extraordinaria imperari possent. Denique, si in Ducatu Meclenburgico collectae, quae olim Landbeden vocabantur, irrogandae essent, deliberationes primum cum Consiliariis prouincialibus, vt est in reuer-
- salibus

salibus de anno 1621. §. wenn wir auch vor das 37ste, esse instituendas. Hac postea causa ad Aulam Imperatoris delata, varia Statuum territorialium adducta sunt grauamina, quae in scriptis pro Equestri ordine variis, vt et in actis Comitibus de anno 1672. sessione 210. recensentur. Crimen Feloniae, quod Nobilibus, ob duriores quasdam dictiones, scriptis insertas, inferebatur, in apologia 1705. typis impressa, purgarunt. Placet in illustrationem huius controuersiae sequentia ex Grotii lib. 2. c. 14. §. 6. et 11. adiciere: *dicimus ergo ex promisso et contractu Regis, quem cum subditis inuit, nasci veram ac propriam obligationem, quae ius dat ipsis subditis; ea enim est promissorum et contractuum natura etiam intra Deum et hominem. Ad seruanda pacta, ab antecessoribus inita, successores per interpositam ciuitatem obligantur, se probabilem habuerunt rationem se obligandi, quod in dubio propter Regentium auctoritatem praesumi debet.*

- d) In Frisia Orientali I) tributa non possunt imponi, nisi mit vorgehender Beschreibung Rath und Bewilligung der Landes-Stände. Decretum Caesareum de anno 1589. art. 9. II) belli negotia in Diacis provincialibus sunt tractanda. Decretum Caesareum art. 10. III) Thesaurarius recipiendis collectis, quae Reichs und Creiß Steuern dicuntur, non solum Domino territoriali; sed et Equestri ordini et aliis Statibus provincialibus deuinctus erat, Embdischer Landtages Schluß de anno 1590. V) Aerarium provinciale quatuor seris firmatum, quarum vnus clauem Comes, alterius ordo Equestris, tertiae Status, et quartae communes Status provinciales habebant. Imo Enno Comes in concordatis anno 1599. post patris mortem cum Statibus provincialibus initis art. 111. ait: *erslich setzen wir dieses als einen festen unbeweglichen Grundstein aller unser Regierung, daß wir so wenig uns einer ungebundenen Macht und Gewalt über unser getreue Stände und Unterthanen anzumassen, etc. art. 6. Wir haben auch ferner uns mit ihnen einmüßig verglichen, Plur. vid. in libr. cui titulus: Ersliche Verbund-Brüden und Verträge in vorigen Tieden tischen und mit den Ständen von Ost-Frisland be-rahmet und opgerichtet, anno 1656. typis impressus.*

§. V. Nobilitatem hodie ex sanguine, a) aut voluntate supremam potestatem civilem habentibus b) consequuntur. Confert autem eam reipublicae Moderans aut illi, qui eam non habet, aut qui habet quidem, sed non illius regionis, c) cui praest. Saepe non tam intuitu personae, quam officii d) confertur; raro autem vel nunquam in Germania ex praedii Nobilis acquisitione e) Nobilitas comparatur.

a) La Noblesse est une qualité, qui rend genereux, qui la possede, et qui dispose secretement l'ame à l'amour des choses honnetes. La vertu des ancetres donne cette excellente impression de Noblesse. Il y a dans les semences, je ne sçai quelle force, et je ne sçai quel principe, qui transmet, et qui continue les inclinations des peres, à leur descendens la Roque in praef. tract. de Nobilitate. Romani antiquitatem generis ex numero Magistratum aestimabant; tot enim aliis cui praeferre licebat imagines, magnum sane iuuentuti virtutis incitamentum, quot ex sua gente ostentare poterat, qui Magistratum curulem gesserant. vid. Polybius lib. 6. Plinius histor. natur. lib. 15. c. 11. Sigonius de antiquo iure civium Romanorum lib. 2. cap. 26. fol. 148. et qui eum exscripsit Lipsius lib. 1. elect. 29. Iacobus Gutherius de iure manium lib. 1. c. 21.

b) Nobilitatem conferunt, qui suprema in territorio gaudent potestate, licet alteri fiduciario obnoxii sint vinculo. Hollandiae Comites olim Equites et Nobiles creasse, ex Iohanne a Leidis lib. 17. cap. 6. et Veldenari chron. Hollandiae ad annum 1391. Matthaeus loc. cit. docet. Idem de Comitibus Campaniae Pithaeus ad consuetudines Trecentis, et de Comitibus Flandriae Meyer lib. 17. annal. asserunt. Scio tamen, huic ultimo a Gallis, ut suo Vasallo, de hoc iure controversiam esse motam. Penes hos inter fisci incrementa habetur, Nobilitatem recens natam Regio nonnunquam diplomate reuocare. vid. Chartam de anno 1664. qua Nobili-

tas intra annum 1634. et 1664. collata in nihilum redigitur, Imperator noster pro auctoritate, qua per totum pollet Imperium, Nobiles ubique tali praeceminencia gaudentes constituere potest. Interea Principum arbitrio est relictum, illo gradu indignos ab officiis excludere. Sic rex Sueciae in Reccessu Ducatus Pomeraniae de anno 1654. J. von Juspractisring Ritter oder Adels-Brieffe declarat; könten hierin Keyserl. Majestät kein Ziel oder Maas setzen, behielten sich aber vor, solchen Personnen, die den Adel nicht verdienen, solches genießen zu lassen.

c) Sunt terrae quaedam, vt olim Holsatia et hodie adhuc Anglia, aliaeque, in quibus nulli plerumque, praeter indigenas, beneficia aut officia adipisci queunt. Vt itaque peregrinus Nobilium soli iustis iuribus et priuilegiis frui possit, a Principe in numerum eorum recipi debet. Indigenatus autem confertur ad dies vitae, aut ita, vt etiam ad posteros transeat. Sic in diplomate de anno 1586. quo Regina Angliae Elisabetha Horatio Palauicino indigenatum confert, habetur: *quod ipse ad totam vitam suam sit indigena et verus ligius noster heredum et successorum nostrorum.* Rymer. tom. 16. act. publ. Angliae: In diplomate vero, quo a Iacobo I. Iohanni Elphinston Domino de Blomerinogh Scoto Angliae indigenatus conceditur, sequentia reperuntur: *quod ipse, durante vita sua, sit indigena et ligius noster ac heredum et successorum nostrorum Regni Angliae, ad quod post mortem eiusdem Iohannis Elphinston heredes sui sint et erunt ligii nostri heredum et successorum nostrorum.* Rymer tom. 16. p. 773. Quaestio hic moueri solet, si quis etiam alii, quam suo subdito, Nobilitatem conferre possit. Regina Elisabetha iniquo ferebat animo, Rudolphum II. Thomae Arundelio Anglo S. R. I. Comitum dignitatem, ob res contra Turcas strenue gestas, contulisse. Diploma vid. apud Rymer tom. 16. p. 284. Sed Imperator in literis ad Reginam anno 1596. datis apud Rymerum l. c. p. 301. vt exacerbatum Reginae leniret animum, *maxime, inquit, quod diuersa apud diuersas nationes exempla eiusmodi praemiorum ob res praecclare gestas collatorum existunt. Neque enim nobis nouum est, vt ad antecessorum nostrorum imitationem honorum incrementa etiam aliorum Principum subditis decernamus, qui facile ferimus, subditos etiam nostros a quouis summo Principe ornari.* Imo ipse Iacobus Angliae Rex in diplomate, quo Iohannem Hussai ex Zelandiae Proceribus Equitem creauit, sequentia profert: *Sic illud commu-*

NOBILITATIS GERMANICAE. 19

ne est omnium, in omnibus hominibus siue domesticis siue extraneis excellentem virtutem magni facere, eamque honore aspicere. Ut iam dicam quod res est, neminem puto propter obligationem patriae, incio et invito, sub cuius tutamine domicilium fixit, Nobilitatem aut honoris gradus, qui ipsum alieno etiam altrungunt imperio, suscipere posse. Interest enim reipublicae, praecipua potissimum sua membra sibi soli fide et obsequio esse obnoxia; nec occasionem illis relinquere, aliorum quoque utilitati, quae nostris repugnat, aut repugnare potest, ope et consilio, velificari. Atque ille, qui alienis subditis, ignorante et non suffragante eorum superiore, dignitates eiusmodi confert, in amicitiae leges impingere videtur.

d) Penes Gallos non solum primarii militarium ordinum Ductores ex munere, quo funguntur, Nobilitate ad posterum transmittenda potiuntur: Sed et Secretarii; Consiliariorum Regiorum titulo hodie insignes, qui olim 511. numerum implebant, eodem iure utuntur. confer diploma Caroli V. Galliae Regis de anno 1365. et memoriale Galliae Regi a Secretariis, pro confirmatione privilegiorum suorum, anno 1688. exhibitum. Sic Hugo Blotius, olim bibliothecae Vindebonensis Praefectus, a Rudolpho II. teste Lambecio Lib. 1. comment. de Biblioth. Caesar. cap. 15. petiit, ut Bibliothecae Imperatoriae Praesidens ex officio semper Nobilitatem nancisceretur; Ast precibus non fuisse datum locum, apparet.

e) In Hispania Nobilitatem praedium consequenti Nobile obtinere, memoriae proditur. Non autem in Germania, neque Gallia; Licet de Gallia illud ex nonnullorum auctorum testimoniis constare, Matthaeus loc. cit. p. 7. sibi persuasum habeat. Certum est, antiquitus vilioris fortis homines in Gallia praedia et feuda nobilia acquirere non potuisse. Postmodum autem istae leges vilescere coeperunt, et quibusdam primum, mox omnibus, rusticis quoque, eiusmodi comparandi bona facultas data est; modo canonem, qui in lingua Gallica droit de francs fiefs, dicebatur, a nuper defuncto Rege per Edictum de anno 1665. d. 26. Iul. abrogatum, soluerent.

§. VI.

Multa sunt Nobilitatis inferioris quoque iura et priuilegia, ^{a)} quae a magno autorum numero, vt Limnaeo, Knipschildo, Noldeno, Mauritio, Schioppio, Chassianaco, parte Villua catalogi gloriae mundi aliisque apertae sunt exposita luci. Nos pauca quaedam adhuc et singularia quidem, iis quae iam tum de Nobilitate dicta sunt, adiicere constituimus.

a) In Electoratu Saxoniae et Principatu Magdeburgico olim ilaesa fuerunt antiqua Nobilitatis priuilegia: in Electoratu vero Brandenburgico admodum limitata. Gaudent tamen vna cum aliis Statibus mediatis suo aerario Landschafts beste, voto consultatiuo, et officiis. Bauariae Nobilitas insignes habet praerogatiuas, quas ab Ottone Duce et Rege Hungariae, aere alieno graui, maximam partem anno 1312. non exiguo pretio redemere Auentinus lib. 7. annal. Boi. In Archi palatinatu hodie nulli sunt Status prouinciales.

§. VI,

Nobiles, ^{a)} ex antiquissima Germaniae consuetudine, et Caesareo priuilegio de anno 1547, vt et Rudolphi II. de anno 1599, in diplomate de anno 1605. declarato, a teloniis et vestigalibus sunt immunes; ^{b)} non autem ab oneribus feudalibus, ^{c)} si quae feuda habent.

a) Non Patricii in ciuitatibus, seu domi Nobiles, sed Nobiles in villis, testante Besoldo lib. 1. Polit. cap. 2. §. 7. nu. 4.

b) Si Nobiles in ciuitatibus habitant, forensium sunt loco. Cothmann conf. 72. vol. 2. et si aedes habent non sunt immunes. Tabor

Tab. de metat. art. 4. n. 5. In ciuitate Magdeburgo et
 Brunsvigai immunes dantur Nobilium curiae, quod iuris a
 ciuitatibus nummis est comparatum. Curiae Brunsvicenses
 ad aulam Leonis in der Burg, sunt feuda nobilia domestica.
 Cum iam onera territorii frequentius imponi inciperent, at-
 que matriculae provinciales formarentur, occasione potissi-
 mum denarii communis (gemeinen Pfenniges) qui secundum
 uniuscuiusque bona patrimonialia exigebatur, ita ut nulli ab
 eo liberi essent, Nobilibus reuersus sunt dati, illud immu-
 nitati eorum minime debere esse detrimento. Eiusmodi
 etiam reuersus ab Alberto Electore Brandenburgico sunt ex-
 traditi. Vsu deinceps matricularum pacto publico firmato,
 ignobilium domiciliis sedes Equestres frequentius ad-
 ditae coeperunt, quae sive in villis siue in praefectarum op-
 pidis sitae, ab ordinariis collectis fuerunt exemptae. Sic in
 oppido Peina inter habitationes ciuium anno 1532. Domiui
 de Schwigel, Veltheim, Oberg suas habebant curtes, et
 tempore transactionis Quedlinburgensis nullae in tota Pei-
 nensi praefectura inter rusticos Equestres erant mansiones.
 Ceterum Nobiles propter suam immunitatem nullis, ne qui-
 busdem Imperii oneribus, praeter collectas ad bellum Turcicum,
 esse obnoxios contendunt. Lehman. chron. Spiren-
 sib. 2. c. 12. Mynsinger decad. 5. resp. 1. n. 39. Besold. The-
 sin. saur. pract. vocab. 93n. Hoc fundamento suffulti Nobiles
 Magdeburgici ad denarium septimum, qui post pacem West-
 phalicam praesidiorum alimentis destinabatur, nihil confer-
 re voluerunt, quicquid etiam alii Status in contrarium mo-
 nerent; necessitatis casum adducentes. Nobiles e contra re-
 spondebant, quod de subsidiis ad bellum Turcicum praestandis
 esset receptum, ad nullum alium necessitatis casum extendi
 posse. Haec controuersia in Diaeta provinciali Halleensi an-
 no 1678. discussa est. Puto tamen vrgentissimam reipublicae
 necessitatem, quaeuis etiam limitate priuilegia.

c) Inter onera feudalia antiquius etiam erat fideiussio pro Do-
 mino directo, modo debitum feudorum non excederet ta-
 xam: dabatur tamen Principum fideiussoribus ex aerario
 provinciali indemnitas promissio. Hodie fideiussionum
 locum subsidia charitativa occuparunt, quae in Dietis
 provincialibus postulari solent. Nostro igitur tempore sum-
 mum potissimum feudalem Ritter Steuer complectuntur.
 Consil. Schrad. 1. n. 525. Responso Rosloch. anno 1614. in
 causa

causa Baronum Spitzenstein et Rechenberg edita, respon-
 2. n. 298. Hic proprie non pertinet ad meliorationes feu-
 dales, sed ad instructionem feudorum a Dominis directis
 siue burgorum cum reservatione aperturæ perpetuæ pro se-
 curitate publica imperatam; scilicet ut ea instructa seruaren-
 tur mit Thurnen, Graben, Schlächten, und Landwehren. De-
 nique Equitum militare Nitterdiensi huc spectat. vid. Lin-
 naeus part. 4. I. P. cap. 7. Kohl. de subfeudis et seruitiis mi-
 litariis. Nobiles enim perpetuam Imperii constituunt mi-
 litiam, et eius præsertim intuitu feuda ipsis sunt concessa.
 Interim non eo inficias Germaniæ esse territoria, ubi Vasalli
 non seruitia Seniori, sed Domino territoriali ius sequelæ
 præstare debent, ut in Landgrafiato Thuringiæ, in quo sunt
 multa feuda Moguntina vid. Ablehnung des contra Memorials
 in causa Chur-Meyns gegen den Sächsischen Gefandten zu Re-
 gensburg de anno 1653. pag. 6. in fine. Hodierno tempore
 Nobiles per vicarios comparere solent, ex quibus anno 1602.
 1603. in Electoratu Brandenburgico turma provincialis erat
 erecta; aut seruitia ista pecunia redimuntur, quæ adohæ vel
 adaerationis nomen subit. In singulis Germaniæ Regionibus
 quanta hæc sit feudi aestimatio, peculiare quid solet esse
 constitutum. In Principatu Halberstadiensis, quid hic obti-
 neat, in recessu homagiali de anno 1650. §. 37. est determina-
 tum; atque ibi, ut et in Principatu Magdeburgico, viginti
 manſi (Hufen) in vnum computari solent equum, aut eius
 loco quadraginta sunt exsoluendi thaleri. Quid in Saxonia
 et Marchia alibique vbi receptum sit, vid. apud Coccei
 in hypomnematis iuris feudalis tit. 6. §. 30. et in diff.
 de adoha, Springfeld, de appanagio pag. 225. Porro quid
 ius feudale Longobardicum hic statuat ex 2. feud. 55. §. fir-
 miter, apparet.

§. VIII.

In mediæ ævi monumentis non raro No-
 biles sub Burgmannorum nomine veniunt. Erant
 autem olim Burgmanni, *) qui in castris aut prope
 castra Comitum commorabantur, et pace
 burgensi gaudebant. In Germania nostra ca-
 stra

stra suae burga Comitum, ^{b)} Stamm-Häuser, Goldast. tom. 3. const. quae villis Imperialibus, ^{c)} et praediis Nobilium Sattelshöffe, ^{a)} Burghöffe, contradistinguebantur, frequentia fuere.

a) In veteribus Chartis milites et Burgenses semper coniunguntur, nomenque tractum a burgis seu castellis in limite constitutis, quae et clausurae dicuntur, quas inhabitant huius conditionis homines. Dominici in tract. de praerog. allodiorum. Const. Sicul. lib. 1. tit. 9.

b) Sic Comites de Regenstein, Mansfeld, Hohenstein, Hartzburg, eiusmodi tenebant curtes, in quibus honestum alebant familiarium. Vldaricus Comes Reigensteinensis anno 1315. in castro Homburgo prope Blanckenburgum, in vestibulo burgi (auf der Berburg) Castellanos sub pace burgenſi, vna cum vxoribus et liberis, habebat Asche de Müntzleben, laust de Wigenrode, Heinrich a Diagelstedt, Otto de Zilling. Comes Peinenſis in Dioecesi Hildesienſi bannum sanguinis exercens, Burgmannos, in vestibulo burgi Peinenſis suas inhabitantes curtes subfeudales, habebat de Schwigelt, Rautenberg, Oberg et alios. Burgmanni arcis Woldenberg in oppido Bockedenem, arcis Wintzenburg in oppido Ahlfeld, arcis Pöppenburg in oppido Eltze; arcis Ruthe in oppido Sarstedt degebant. Stockhusi in terra Göttingenſi praedia nobilia tenebant, arcis Bramburgi in Ducatu Calenbergico Burgmanni fuerunt. Stuekii conf. 27. In diplomate Engelberti, Comitis Senenſis Domini de Vallendar sequentia habentur: Wir bezeugen, daß wir den ehrſamen Mann Kählmann Ritter, genandt Walpoſ, und allen ſeinen Erben von uns und allen unſern Erben angenommen zu unſern Burgmann zu Vallendar. etc. vid. acta Comitis Wittgenstein contra Trier die Herrſchafft Vallendar betreffend. In Saut et in Germania nostra Burgmanni sacri, Commandatores scilicet ordinis sancti Iohannis, qui in villis possident Cunterhöffe und beschlossene residentzen, in metropoli vero Calands-Höffe, ex quibus reditus, post reformationem, protestantium sacerdotibus et Judimagistris nonnunquam in subfeudum sunt dati.

c) Im-

c) Imperatores in Germaniae territoriis castra et villas inenfae sumptibus destinatas habebant, quae interdum prouinciarum Rectoribus, saepe etiam Ecclesiasticis in feudum concedebantur, aut in pias plane conuertebantur donationes. Episcopopatibus sub fidelitatis vinculo concessa bona aut ad solum Episcopum, sub dominicalium nomine, spectabant, aut etiam ad Canonicos. Haec accurate a se inuicem distinguit Fridericus I. in diplomate Constantiensis Ecclesiae de anno 1155 his verbis: *Has praedictas possessiones ad dominicalia Episcopi libere pertinentes, confirmamus, specialiter autem possessiones ad usum Canoniorum pertinentes fundari fecimus.* Anno 1273, separata Episcopi et Capituli bona in vno comprehendendi coeperunt inuestiturae diplomate, et Episcopus, vt Princeps Imperii, et Capituli caput, procurator feudi (Lehuräger) factus est. Cum deinde inter territoriorum Moderatores seculares et Ordines prouinciales, de terrarum administratione, pacta inirentur, Episcoporum potestati, ad imitationem eorum, per capitulationes certi sunt positi limites. In Archiepiscopatu Bremensi et Episcopatu Halberstadiensi primae capitulationes rerum ecclesiasticarum tantum alienationem impediisse videntur: sequentibus vero temporibus noua subinde addita sunt capita. Sic Canonici in capitulatione anno 1638, cum episcopo Leopoldo Wilhelmo Archiduce Austriae facta; stipulati sunt, nullos Episcopi contractus absque Capituli consensu validos esse debere. Quamobrem Elector Brandenburgicus, per rescriptum de anno 1651. Cancellariam Halberstadiensem iubet, omnem contractum, nisi ab Episcopo cum Capituli consensu initum, pro inualido habere. Ceterum de diuersa bonorum ecclesiasticorum natura, et quid Episcopus circa singula possit aut non possit vid. apud Lyncker. resp. 2. Episcopi quoque et Abbates ab Imperatoribus multis familiis seruorum et litorum ditati sunt, imprimis Ottonum tempore, qui sub Advocatis (Rasten Voigten) vivebant, ex quibus aliqua nobilioribus Vassallis in subfeudum cessere, vid. diplomata Magdeburgensia apud Leuberum.

d) Hoc nomine feuda, quibus a Principibus inuestiti erant, veniunt, atque feudis burgenlibus, vt ab Imperatoribus collatis, opposita fuisse, sunt qui putant. Nihilominus alii e contra docent, feudum burgense esse id, vbi Ganerbiis castrum aliud, quod, a Principe etiam, in feudum confertur, vid. Killinger de Ganerbiis discurs. p. 3. n. 131. et Besold in vocabulo burgenlehre.

Prædia ista Nobilium si inter rusticos, a villicationibus illorum vallis fossisque interdum erant distincta. Harum curandarum ergo agrestium operæ, quæ Burgessen vocantur, originem acceperunt, quæ in primordio preciarum præstationum vices habuisse videntur, donec ex consuetudine in ius transferuntur. Quid earum ratione in Ducatu Brunsvicensi et Episcopatu Hildesensi obtineat, in recessu provinciarum de anno 1597. art. 21. est descriptum.

§. IX.

Castra illa, emortuis Comitum familiis, non raro cum feudis Aduocatorum Ecclesiasticorum ^{a)} Episcopis collata, ^{b)} et hac ratione plerumque banno sanguinis, quem antea non habebant, potiti sunt. Episcopi vero sæpe Nobilibus ^{c)} vicissim per modum subfeudi concessere, et si omnes aut plerique defunctorum Comitum Burgmanni cum mutua substitutione de iis investirentur, Ganerbiorum ^{d)} i. e. heredum communium castra dicebantur. Non tamen negauerim, aliam quoque interdum Ganerbios habuisse originem. Nam quidam ab ipso Imperatore constituti sunt; ^{e)} quidam pacto successorio ^{f)} et mutuae defensionis in tales confluerent societates. Et cum se deinde non satis validos, ad repellendos grassatorum insultus, viderent, quandoquidem castrum suum vicinis Principibus in feudum obtulere.

a) Nonnunquam Clerici, severiori cultus divini studio aut ampliori

pliori defensionis spe, Aduocatiæ onus ad se deuolutum, alii iterum in feudum largiebantur. Sic Thimmo Abbas Corbeiensis, et Henricus Paderbonensis tutor Ecclesie Corbeiensis, anno 1265. in vigilia ascensionis Domini, Hannouerae Principibus Alberto et Iohanni Ducibus Brunsvicensibus in feudum contulerunt Aduocatiæ intra muros ciuitatis Huxariensis, quam Comites de Pyrmunt antehac habuerant, et Hermannus Comes de Pyrmunt eiusque coniux, ac vidua Godeschalci fratris Hermanni Ecclesie Corbeiensis resignauerant. Abbas vero sequentia iura salua retinuit 1) vt ciues Huxarienses ad expeditiones quascunque Abbatis tenerentur 2) vt Abbas possit subsidia ab iis petere 3) nemo ministerialium et familie Abbatialis siue claustralis conueniri possit, antequam Abbati indicatum fuerit.

b) Episcopatus Hildesienfis maximam partem ex eiusmodi Comitibus coaluit, conf. Crantz. metropolin. lib. 6. cap. 21. lib. 8. cap. 25. lib. 9. c. 12. et 35. Hoppenrodt. de incrementis Episcopatum fol. 49. 70. 83. Brusehius fol. 153. vid. et Letzneri chron. Hildesienf. mstum lib. 3. Interea nonnulla etiam Episcopalia territoria magna incrementa ex indagibus siue eradicatione siluarum frutiferorumque cepere, Comitibus Nobilibusque interdum in subfenda data, præsertim cum illi destructis arcibus montanis in plana descendere coegerentur, vnde multa deinde loca existere coeperunt, quorum in antiquis inuestiturarum literis nulla sit mentio, conf. quae inter Episcopum Mindensem et Comitem Schäumburgensem anno 1244. et 1253. acta sunt.

c) De burgo Falckenstein Episcopus Halberstadiensis anno 1370. Fridericum da Zöling et Henricum de Borff vt Burgmannos inuestiuit.

d) Sunt in Germania non solum Ganerbiorum castra, sed et ciuitates et pagi. De Ganerbiis præter ea, quae Wehner in obf. pract. et Gyllman symph. tom. 1. et 4. habet, integros tractatus Killinger et Leiben conscripsere, qui vltimus pleraque sua ex Rittershusii paratilis feudalibus descripsit. De oneribus ad quae Ganerbiorum castra tenentur conf. Die Ströbergische requisiſion de anno 1611. in causa Hessen contra Menburg pag. 238.

e) Frid-

g) Fridbergense castrum vna cum Comitatu Keichen Ganerbiis a Friderico 2. est concessus. Kyllinger discurs. 19. de Ganerbiis castrorum pag. 195.

f) Varia pacta, in quae Ganerbicae societates contrahebantur, a Kyllingero in fine tract. sui pag. 203. referuntur. vid. quoque reformationem pacis burgenfis der Ganerben zu Haun de anno 1562. in fin. tract. Leibeni. Certum est, multos Ganerbinatus, melioris defensionis causa, cum bellum adhuc perpetuum quasi Germaniam affligeret, etiam in terris Saxoniacis esse institutos: Aliquos tamen eorum ipsos inde praedam egisse, ex annalibus et imperii recessibus constat. vid. Erklärung des Land-Friedens zu Augsbürg de anno 1500. §. 10. Ordnung des Land-Friedens zu Worms de anno 1521. §. 12. Land-Friede zu Augsbürg de anno 1548. §. 20. Hoc ansam Poggio Florentino de Nobilitate fol. 26. dedisse suspicor, dicendi: *Germanicae Nobilitatis magnam partem latrocinio esse ditam.*

§. X.

Non pauca^{a)} in Imperio nostro sunt subfeuda ecclesiastica, quae tam ratione inuestiturae,^{b)} quam temporis^{c)} intra quod inuestitura petenda, a secularibus sunt diuersa. Causae inter Dominum et Vasallum controuersae per Pares Curiae,^{d)} inter ipsos Conuasallos per iudicem curtis,^{e)} a Domino directo, constitutum, terminari solent.

a) Ecclesiastici pariter et Seculares subuasallorum suorum numerum insigniter augere, turbido et hostili Germaniae statu, qui ante Maximiliani I. pacem profanam erat, inducti videntur. Rudolphus I. hunc morem confirmavit, et Diplomatus inuestiturae Statuum immitti curavit, mit assen 1187er Lehrn. Interim ab Imperatoribus feuda etiam ea lege sunt concessa, ne alii vicissim de iis inuestirentur. Sic Fridericus

a) I. in diplomate anno 1167. Parmae conscripto, quo Comiti de Dorstat ius muniendi in castro Nond. conceditur, addit: *Praedictum castrum Nouum (Neuendorff vel Neuentburg in Principatu Halberstadichsi) vel eius pertinentias ipse Arnoldus vel eius haeredes nunquam debent vendere, vel infeudare, vel aliquo modo ab Imperio alienare.*

b) Nexus, sub quo illa conferuntur, varius esse solet. In Curia Abbatae Werdenfis quidam inuestiuntur. 1) iure homagiali zu Erb-Mann Lehn-Recht. Ut comes Bruxalensis cum castro Bruch 2) iure ministeriali zu Hoff-Lehn, Dominus de Reck cum Dapiferatu Abbatae Werdenfis 3) iure Pensionali, Elector Brandenburgicus cum duabus Aduocatiis haereditariis, Werdenfi scilicet et Frimersheimensi. 4) zum Erb-Nacht-Lehn, ut Dominus de Eberfeldt mit einem Sattel-Hoffe, 5) ad Effectum agendi, Rex Borussiae cum Dynastia Frimersheim 6) iure haereditario liber Baro de Heyden, cum, Feudo haereditario Rosen Hoff.

c) Non vnus generis in Germania sunt inuestiendi ritus, qui et varietatem ex curia seculari, aut ecclesiastica induunt. In Electoratu Brandenburgico Nobilitati per tactum porrectae mitrae Electoralis, in Holsatia per immisionem manus in pileum feuda conferuntur. Olim vsque ad Maximiliani I. fere tempora in curiis feudalibus Ecclesiasticis Vasalli ipsi comparere tenebantur, vt per amplexus Senioris, osculo et allisione pedis inuestituram reciperent. conf. quae de Curia Magdeburg. in actis Mansfeldicis p. 40. habentur. Postmodum vero et hic vicarii adhibiti sunt, vbi ista ceremonia in impositionem mitrae (Bareit) desisse videntur. Sic Henrico Iulio anno 1529. a Capitulo Halberstadensi, nomine Episcopi, per Casparum de Cranenberg, Comitatus Reinsteinenfis est collatus. Ducis vices in hoc actu D. Iohannes Zegemann Cancellarius gerebat. Notari autem hic meretur, inuestituras ab Abbatissis per impositionem manus fieri. Cum Rex Borussiae de Praefectura Derenburg inuestitur, Legati eius sellae infidentis, capiti ab Abbatissa Gandersheimensi manus imponitur. Praefectura ista, vt Curtius Imperatoria, ab Henrico Aucope anno 1008. Abbatissa Sophiae Gandersheimensi donata, Electoribus Brandenburgensibus postea

in

in subfeudum concessa est. Vid. Schopp. tractat. feud. quem inscribit de allodiis materiam.

d In Curia Archi Episcopali Coloniensi anno 1608. a Paribus quaestio contra Aduocatum feudalem est mota, quando annus recognoscendi feudum currere incipiat, an a tempore electionis, indulti administrandi, vel inueltiturae a Caesare vel Regalium confirmatione; sed indecisam manit, vid. Thummermuth in fundam. 2. Archiepisc. p. 57. In Instr. Pac. art. 5. §. 21. statutum est, quod in feudo ecclesiastico a die electionis vel postulationis hoc fatale tempus currere debeat; cum in feudo seculari terminus eius a quo fit dies vacantiae. Iterum de feudis Imperii c. ii. p. 584. Quamquam Instr. Pac. de immediatis loquatur vasallis, sancitum tamen eius, ob similem rationem, ad mediata etiam extendi debere, nisi moribus aut conuentionibus aliud statutum sit, puto. Scio quidem Carpz. part. 2. const. 45. definitione 22. affirmare, in Curia etiam feudalibus Episcopatum, fatale illud tempus cum die vacantiae incipere: Sed eius auctoritatem, ob adductam rationem, hic non moror.

e Thummermuth fundam. 1. p. 52. n. 147. Schröder part. 20. sect. 4. n. 42. sqq. Eiben consilio 84. de iurisdictione feudali per totum. Quamquam Elector Coloniensis, vt Episcopus Hildesienfis, Comitibus Tettenbachicis concessa feuda Rheinsteinsia, ob non impletas condiciones, sub quibus data erant, cum dominio directo illico consolidare potuisset: Satius tamen putauit, rem ad Pares Curiae deferre. Aliquando Princeps etiam in propria causa cum nobili Vasallo iudicare potest, vid. Stuck part. 1. consil. 27. et acta de anno 1629. zwischen Landgraff Georg und der Reichs-Ritterkafft in Rheinischen Kreis, der Deyen und Steuern haben.

f Eiusmodi iudex in vernacula nostra dici solet ein Lehn-Probst, Lundorp. t. V. p. 679. qui anno 1330. in Curia Principum iam tum locum habuit. Episcopus Würzburgensis causas feudales coram euen Lehn-Probst und Zahl-Gerichte ventilari iubet. Curia feudalis in Episcopatu Monasteriensi das Mann Gerichte dicitur. Iudex Curtis Ecclesiae solet etiam der Pfälzens Richter vocari. Conferatur Heider in actis Lindauensibus p. 844. 199.

§. XI.

Cum itaque Nobiles nostri non solum a Laicis, sed et a Clericis, quam plurima^{a)} habeant feuda: b) Operae pretium duco, adhuc quaedam, rem feudalem Nobilium nostrorum concernentia, adicere.

a) Species feudorum in Germania frequentiores sunt 1) Manns Lehn 2) Kunkel Lehn 3) Erb-Lehn, Erb-Mann Lehn 4) Gemeine Lehn 5) Krum-Stabes Lehn 6) Burglehn 7) Kluge Lehn oder Kangel Lehn 8) Churmeide. 9) Leibes Gewinn und aufgetragens Lehn.

b) Sunt qui hinc colligunt maiorem praesumptionem in Germania nostra pro inventario feudali (Saal Buch) esse. Vid. act. in caus. Hessen contra Isenburg die sechß in drey Eichen besetzte Dörffer betreffende. De separatione allodii a feudo conf. act. in Sachen Meins contra Gothe, wegen der Herrschafft Gleichen.

§. XII.

In feudum Nobilibus nostris etiam dabantur decimae, a) pecunia ex qua feuda comparari possent, b) redditus pecuniae annui, c) vinum et frumentum ex Principis promptuario, bannum ferarum maiorum, raro autem iurisdictio forestalis. d)

a) Decimae omnino possunt esse in Laicorum dominio. Decreta Concilii Lateranensis nos non obstringunt. Libertate enim, in Concilio quoque Constantiensi confirmata, hinc fruitur Germania. Atque penes nos decimas territoriales dari, ipse Cardinalis Tuschiensis tom. 2. concl. 53. num. 4. fatetur.

Imperatores de decimis terrarum ab infidelibus occupatarum Comites et Aduocatos infeudarunt. Ipse Rebuffus negare non potest, eiusmodi decimationes temporales Nobilibus aliisque Laicis, in compensationem auxiliorum contra Saracenos, a Carolo Martello esse concessas. Ludovicus Pius de nonis et decimis Capitulare anno 821. fecit. Multa sane Imperatores suae referuabant mensae, de quibus Otto M. in compensationem cessionis Archidiaconatus Magdeburgensis, ab Episcopo Halberstadiensis, pro Episcopatu Magdeburgensi erigendo, factae, plurimas insignes decimas illi contulit, quas maxima ex parte Comes Rheinsteinensis et Aduocatus Ecclesiae anno 1377. in subfeudum obtinuit, eiusque successores adhuc 1616. recognouere. Plura de decimis Germaniae vid. apud Schilterum de libertate Eccles. German. lib. 5. c. 6. §. 5. 199. et celeberrimum Kressl. in dissert. proemiali ad Thunmermuth p. 9.

b) Elector Treuirensis Balduinus peculiaria instituit feuda. Bene meritis enim pecuniam largitus est, ut ex ea bona haereditaria compararent, quae deinde feudorum naturam nacta sunt.

c) Fridericus II. anno 1250. Camerae feuda impertiri coepit. Investituram vid. apud du Cange in glossario sub vocabulo camera et cauena. Hunc deinde Imperii Principes imitari sunt, ita ut aliquando ipsis fideiussio Statuum prouincialium accesserit. In diplomate Ludouici Landgraffii Hassiae de anno 1437. quo sibi Comitem de Wirgenstein camerae vasallum constituit, sequentia habentur: Wir Ludwig Land Graff zu Hessen bekennen, das wir dem Edeln Georg von Seine zu Wirgenstein zu rechten Mann Vehr gelichen 21. Rheinische Gulden, die ihm unser Rentner zu Marburg all Jährlich auff S. Michaelis Tag aus unserm Rent daselbst bezahlen soll, auch unser und unser Erben getreuer Edelman desweges seyn und bleiben. Et apud alias gentes eiusmodi quoque feuda impropria locum habuerunt. Si recte memini, Galli aliquando Duci Wurtembergiae camerae feudum contulere. Wilhelmus Comes Hollandiae anno 1213. feudum 400. marcarum argenti quotannis soluentiarum a Rege Angliae accepit. Rymer. tom. I. act. publ. Angl. p. 369. Alia exempla vide apud eundem tom. II. p. 140. 148. 152. 290. tom. III. p. 125. De natura huius feudi vid.

vid. Wurmser de feudis impropriis p. 1292. Vffenbach de Indic. Autic. c. 2. sect. 9. p. 71. Cothmann volum. 1. respons. 48. n. 17.

a) In medio aetate res forestalis magna ex parte inter Imperatoris aliquando referrebatur reservata; quam tamen nonnunquam in totum aut ex parte aliis largiebatur. Vid. dissert. de villis Imperialibus apud Meibom. Henricus II. Episcopo Wurtzburgenfi bannum forestale; et Fridericus I. Episcopo Constantiensi concessit. Cum Vdo Herciniae Comes vitam possideret, Henricus Leo bannum Imperiale in territorio Grubenhagenensi nactus est. In reliqua Hercinia res forestalis ab Abbatisa Gandersheimensi in feudum accipitur. vid. diplomata apud Maderum. Quamvis et Nobiles inferioris ordinis saepe de inre venandi ferarum maiorum sint inuestiti: Non facile tamen ipsis in feudum iurisdictio forestalis est data; sed magis Comitibus et Baronibus, utpote qui Regalium sunt capaces.

§. XIII.

Successio feudalis est vel sanguinis nach Blutlings Rechten, a) nach Lehn-Nahmen et nach Schild und Helm, vel Confraternitatis zu gesanter Hand, b) vel plane noua in deuolutum feudum. c)

a) Vid. Stryck. in tract. de success. ab intest. aliique autores a Speidelio in sylloge quaest. sub verb. success. feudi, citati.

b) In curiis feudalibus mediatis ad Domini Directi bene placitum inter Agnatos confraternitates feudales obtinere solent, Schioppii thesaur. Feud. c. 1. n. 13. Inuestitura simultanea Iuri feudali Saxonico et Alemannico inuitur; vid. Schilter de inuestitura simultanea c. 2. et libellus realiorius in causa Principis Lichtensteinensis aduersus Comitissam de Cauritz; ob Comitatum Ritbergensem p. 61. Ex Iacobo Alemanno de Iure simultaneae inuestiturae patet; et in Curii

riis feudalibus Saxoniae inferioris duplicem esse renouationem coniunctae manus, actualem siue solemnem, quae requirit actum corporalem *leibliche Lehns Empfangung*, vel verbalem siue minus solemnem, quae Domini inuestientis verbis secundum pactum successorium, et primam inuestituram, per Senioris (*Lehnträger*) postulationem absolvitur. Haec magis usitata, Anno 1602. Elector Brandenburgus Ioachimus, Fridericus constitutionem feudalem de simultaneo succedentibus fecit, quod mutato Domino directo omnes simultanee inuestiendi iuramentum fiduciarium corporaliter praesent: Quod si vero Senior (*Lehnträger*) decederet, omnes tantum sequi debere, qui ad ipsam feudis possessionem perueniunt.

c) Interdum feuda Nobilium deuoluta data sunt Ecclesiasticis. Sic in Magdeburgensi Principatu Abbas ordinis Benedicti Amstobientis et alii Praepositi in Curia Magdeburgensi Nobilia feuda, in vim masculinae successionis, recognoscunt. Capitulum Cathedrale Halberstadiense in Curia Halberstadiensi de tribus feudis Nobilibus inuestitur, et propterea seruitia feudalia praestat. Decanus et Senior sunt *Lehnträger*. Alias in permultis Germaniae territoriis receptum est, ut emortua generosa familia ad aliam nobilem vicissim deuoluantur gentem. Conf. recess. homag. Marchiae de anno 1653. Vbi tamen additur: *Doch reserviren sich Churfürst. Durchl. die caducire ihren Nembtern wohlagelagene Güter einzuziehen, auch das Bürgerliche Besitzen, ob bene merita, nicht gang ausgegeschlossen bleiben.*

§. XIV.

Nobilium quoque foeminarum insignes sunt praerogatiuae. Nam licet saepe a feudis excludantur; attamen praeter alia emolumenta, illis in nonnullis Germaniae prouinciis debita; ^{a)} ex feudo quoque in subsidium accipiunt legitimam; ^{b)} siue illud, Vasallo naturaliter aut ciuilititer mortuo, ^{c)} cum dominio

E

dire-

directo consolidetur; siue ad agnatos perueniat. d)

- a) Huc spectat dotalitium, de quo vide constitutionem Henrici Iulii de anno 1605. Episcopi Ernesti de anno 1610. art. 3. vid. quoque ius Equestre Bremense tit. 7. vbi dotalitium non absorbet dotem tit. c. In Holfatia ex iure, quod vocatur *Huyen Bande*, vidua Nobilis, ad secunda non prouolans vota, in praedio defuncti mariti, integro post mortem eius anno, locum tenere potest, atque reditus illius omnes in suos conuertere vsus vid. const. in der *Holsteinischen reuindirten Landes Gerichts Ordnung* p. 97. seqq. Idem locum habet in Ducatu Bremensi, ius Equestre Bremense tit. 4. In Saxoniam, et vbi ius Saxonicum iam viget, vt in Ducatu Bremensi in causis successioinum, aliae adhuc in eas redundant utilitates, quae Germanico idiomate dicuntur *Morgengabe*, *Mustheil*, *Gerade*. *Bremisches Ritterrecht*, quod in recessu provinciali de anno 1651. 1663. confirmatum est, tit. 8. 9. In territorio Brunsvicensi iura ista foeminis illustribus competentia, vt et filiis seu proximis agnatis praecipuum. *Heergewette* sunt abrogata. Const. Frid. Ulrici de anno 1625. conf. quoque *Ceßliche Polizei Ordnung* art. XXVI. pag. 72. iure enim Saxonico innuntur, quod in territoriis Brunsvicensibus, etiam feudale, est abrogatum. vid. recessum *Saltzdalessen* de anno 1547. art. 32. et *Gandersheimensien* de anno 1601. quod et in Principatu *Halberstad.* per recess. de anno 1545. factum est.
- b) Propter quam, aequae ac duae defuncti ob emolumenta sibi ex feudo debita, licet possessio sit Domini directi, ius retentionis habent. vid. *Rosenthal* de feudis c. 8. conclus. i. n. 5. c. 10. Acta Episcopi *Mindensis* contra Comitissam de *Schaumburg* in iudicio aulico Imper. ventilata, add. *Streit zwischen Löwenstein und Würzburg*, et acta publica anno 1612. 1620. in curia *Magdeburgensi*, causam Comitum *Mansfeldicorum* contra possessores praefecturae *Seburg* Fratres de *Hahn*, vt et fratrum de *Veltheim* concernentia.
- c) Feudo aperto, res antiquitus subinfendari solita subuassallis relinquuntur. Exempla habemus in Comitibus *Regenstein.* *Schaumburg.* *Barby.*

d) Primi

- d) Primi acquirentes in coniunctae manus concessione pro filiabus aliquid, in casum deuolutionis, pacisci solent. Hoc onus antiquissimum omni praerogativa in concursu creditorum gaudet. Stuckius part. 1. conf. 25. et 26. Marp. consil. 2. Obiter hic annectere lubet, in Ducatibus Calenbergico, Guelferbytano, parte Hildesienfis Dioeceseos, quae *Groß Stiff* vocatur per recessum prouincialem de anno 1529. Vasallum non posse onerare subfeudum. Sic et in Ducatu Brunsvicensi et Luneburgensi nullus permittitur concursus formalis, materialis tamen quodammodo per commissionem. In Electoratu Brandenburgico, etiam antequam feuda in allodia iubente Rege per diploma de anno 1717. transmutata sunt, vt et in Principatu Magdeburgico concursus formalis permittatur. Recess. prouinc. Elect. et March. Brandenb. de anno 1653. *Magdeburgische Policei Ordnung* de anno 1656. c. 2.

Corollaria.

- I. Dantur ciuitates mixtae.
- II. *Vrbis Bremensis immedietas in Instrumento pacis non est fundata.*
- III. *Ius braxandi non spectat ad regalia.*
- IV. *Priuilegia subditis propter causam concessa, absque causa idonea eripi non possunt.*
- V. *Simultaneum religionis exercitium contra obseruantiam anni 1624. introducere, Instrumenti pacis menti repugnat.*
- VI. *Ciuitates Episcopatum nonnullae adhuc Sec. XII. et XIII. non sub Episcopis, sed sub Aduocatis Imperatoris erant.*
- VII. *Religio est sustentaculum reipublicae.*
- VIII. *Regalia nec maiora nec minora praescribi possunt.*
- IX. *Legatorum inuiolabilitas I. Naturae inmittitur.*
- X. *De peculio aduentitio irregulari testari licet.*
- XI. *L. 2. C. de rescind. vend. lur. Naturali repugnat.*
- XII. *Pactio retrouentionis, per quod venditori facultas, rem quandocunque redimendi, reseruatur, praescriptio immemoralis obstat.*

* * *

X2424248

V078


ULB Halle

3

006 771 149







P. 38. Rubin. C.
1719, 3^a 16

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI

DE

STATV NOBILITATIS
GERMANICAE

QVAM

PRAESIDE

P. 266.
IO. WILHELMO GOEBEL

I. V. D. EIVSDEMQUE IN ACADEMIA IVLIA P. P. O.

PVBLICAE ERVDITORVM

DISQVSSIONI SVMMITTET

A. ET R.

ANT. HENR. ALERTEN

HILDESIENSIS

AD DIEM FEBR. MDCCXIX.



HELMSTADII,

TYPIS HERMANNI DANIELIS HAMMII, ACAD. TYPOGR.

